

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2001

Auteur(s) : Gautier Giffard [particulier]

Bénéficiaire(s) : Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (hôpital)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1093-1189]

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Fondation de l'hôpital de Longueville par le comte Gautier Giffard, et donation de cet établissement au prieuré.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Chartes du prieuré de Longueville, de l'ordre de Cluny, au diocèse de Rouen, antérieures à 1204*, Rouen-Paris, Société de l'histoire de la Normandie, 1934, n° XCV, p. 105-107.

Dissertation critique

Gautier Giffard, comte de Buckingham, meurt en 1164 (voir LE CACHEUX, p. 16, n. 1).

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus quod ego Walterius Giffardus dedi in perpetuam eleemosinam firmam deo et Sanctae Fidei de Longavilla hospitale pauperum cum omnibus pertinentiis et redditibus ita quod idem hospitale ad dispositionem prioris et conventus salve et fideliter gubernetur per curam unius monachi, ut usui pauperum Christi et infirmorum redditus et possessiones ejusdem hospitalis integre conserventur et infirmis et pauperibus ibi quiescentibus, juxta quod possibilitas permiserit, pro salute animae Hermengaldis uxoris meae et parentum nostrorum et amicorum sollicitate et fideliter erogentur nec a quoquam in usus alios transferantur. Dedi autem et confirmavi hospitali et pauperibus unam carrucatam terrae de sexaginta acris de meo dominio apud Longavillam et boscum a via Vualdrevilla qua itur in Eavy, quae via dicitur via Gobin, qua venit a parte qua itur ad Santam Fidem de Bosco, et meum molendinum Tarenae et medietatem molendini sub Vualdrevilla, de quo altera medietas est Eustachii de Granvilla, et decimam de meo molendino de Harefleu, et medietatem molendini Pagani de Crespevilla, quae medietas est mei domini, et tres modios salis apud Novam villam, et apud eandem Novam villam decimam meorum allectuum, et apud Puis, et apud Longolium decimam allectuum meorum, et de aqua dulci euvelveis (?) meis et navibus meis, et decimam de brasiis meis de Longolio et Ulfranvilla et de Santa Fide de Bosco. Et concedo ut bladum hospitalis molatur in molendinis meis libere et quiete absque multura primo post illum bladum quod erit ingranatum. Concedo autem eis quatenus praefati pauperes libere habeant quicquid eis datum fuerit per omnem terram meam, salvo tamen redditu meo et haereditum meorum. Statuo autem et praecipio ut quiconque frater sive soror erit in hospitali, nullam omnino proprietatem habeat, sed omnia sua in communionem pauperum redigantur. Concedo autem eis decimam totius domini mei de Canversant et ecclesiam de Estikbir et decimam de dominio cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiam de Estratana cum omnibus pertinentiis suis. His testibus Guilberto de Hotot, Ricardo Talbot, Hugone de Povilla, Radulpho de Trulevilla, Radulpho de Canonvilla, Roberto de Novilla,

Vuidone de Roquefort, Hugone de Povilla (sic), Helia de Longolio, Gaufrido de Bluvilla, Guillelmo de Coyero et pluribus aliis.